

Vado mori miserere mei rex inclite criste
Omnia dimittens debita. Vado mori

Vado mori sperans vitam sine fine manentem
Spernens presentem. sic bene vado mori.



Sperma prius: modo saccus olens: post vermis esca In tumulo: pro qua dote superbit homo

Mors

Creditis vos evadere mortem
fugiendo clericis scitis ne
quod dura mors non respicit fortis
Nec clericum pro suo nomine
Non propiciat mors vestre corone
Et si nomen vestrum sit iohannes
Aut guillelmus est morti commune
Dum deus vult sic corrigit omnes.

Clericus

An deceat clericum iuuenem
Supuentem suo seruicio
Peruenire ad maiorem finem
Admirari satis hoc nescio
Dudum mea fuit intentio
Ut ditarer sed multum michi stat
Mors obiecta meo principio
Vix perficit stultus quod cogitat.

Mors

Venite post pater heremita
quoniam scitis in loco deserto
Choreare vos conuenit ita
Expte nunc de loco cooperio
Ocule si vidistis aperto
Contemplando multa dei facta
Non impendit mortem suo facto
Vita non est hereditas tuta.

Heremita

Nunc oportet mori bene credo
Condannatus sum per parlamentum
Summi regis: nec hec solitudo
Heremorum tardabit arrestum
Deum meum unum rogo tantum
quod soluat me quem de limo fecit
Efficit me hic mundi contentum
Nichil habet cui nichil sufficit.

Mors

Bene dicis
sic debes dicere
Nullus liber
a morte mortalis
Qui se male
nouerit vivere
Choreare sciatur
se cum malis
Sit igitur quilibet
fidelis
Catholicus
sequens dei vias
Subita mors
est dubitabilis
Non est unus qui
sciat suum cras